



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

7. Quando scriptus fuerit liber, de quo cap. 36.v.1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

IEREM. XXXV. v. 1.

Verbum, quod factum est ad Ieremiam a Domino in diebus Ioakim filij Iosia regis Iuda. Que hic de Rechabitis narratur, ea nonnulli circa annum Ioakimi tertium gesta putant, vt Torneilius ad ann. m. 3428. num. 7. alij sexto aut septimo, vt Sallianus ad ann. m. 3431. numer. 1. & Castrius in hunc locum, idque inuenisse volunt Isidorum, cum hanc prophetiam ait 14. annis Ieremiae reuelatum fuisse, ante annum nonum Sedeciae. Alij septimo vel octauo, vt Cornelius in initium huius capitis. Alij denique octauo, vt Hugo. Has opiniones recentiorum autem sit omnium probabilissima, qui volet, sententiam ferat.

De Rechabitis varia supputationes.

11pi

IEREM. XXXVI. v. 1.

Et factum est in anno quarto Ioakim &c. Tolle volumen libri.

QVÆSTIO VII.

Quando scriptus sit hic comminationum liber.

Ratio difficultatis est, quod disertè hæc propheta Ieremiae oblata dicitur anno 4. Ioakim: id autem quam ratione fieri potuerit, nõ est prochie dicta. Hic enim Propheta Chaldaeorum hostilem in Iudæam aduentum prædicit, ac ideò volumen illud rex Ioakim se combussisse aiebat, quod in eo scriptum esset: *festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc, ver. 29.* id autem ante quartum annum Ioakimi contigisse testari videtur Daniel cap. 1. v. 1. *inquit, tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem & obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda.* Vnde Castrius Ieremiae 36. nu. 1. ait graue dubium esse de tempore huius prophetiae.

Scias 4

V

2. Vatablus Dan. 1. vt hunc nodum soluat, asserit Nabuchodonosorem, neque tertio, neque quarto anno peruenisse Ierosolymam, sed sub finem anni tertij, cepisse exercitum confcribere: anno vero quinto, post nonum mensem Ierosolymis potitum, & regem Ioakimum vincam duxisse Babylonem, idque probat 1. quia mense nono anni quinti, indictum est ieiunium, vt hic dicitur ver. 9. non alium in finem, quam vt placatum Dei numen, expeditionem Babyloniorum impediret. 2. Ad hoc obtinendum, ipso ieiunij die Baruch priorum Ieremiae librum recitauit, v. 6. 7. 10. Deinde Babylon ab Ierosolymis adeo distat, vt inde huc veniendo, Esdras quatuor menses impenderit. 1. Esdrae 7. ver. 9. Cum verd Chaldaeus ingentes copias ac plurima impedimenta secum traheret, Vatablo plus temporis in sua profectioe, quam annum spatium insumpsisse videtur.

Optie.

Arg. 1.

Arg. 2.

3. Hanc

ologia  
nimenti

P.  
H. Phil.

Sironic  
Test.

A 1  
17

C. nra. opinionem Ad 1. & 2.

3. Hanc opinionem examinat, & merito explodit Castrius cum: clarior est enim Danielis contextus, quam ut primus Nabuchodonosor aduentus in novum mensem anni quinti Ioakim differri possit. Ad tabli probationem bene responder Castrius, idcirco ind. & volumen à Baruch prælectum, ut Deus impetum Chaldeen quo minus secundò redirent, urbem excinderent, Iudæam in solitudinem digerent. Merito enim grauiora timebant Iudæi, quam quæ Babyloni obsidione intulerat. Idem docet Cornelius hic v. 1. dum mox se postquam Ioakimus re cum Nabuchodonosore composita Babylona rediit, securè, quin adhuc Iudæi metuerent Nabuchodonosoris reditum: vult ad nos addixerunt ieiunium. v. 6. Bene etiam docet, quòd huius ieiunii enunciationis lectionem præcesserit: hoc enim legit Baruch ipso ieiunii die. Iam regem & populum huius libri recitatione, ad ieiunium inductos non fuisse, nec ieiunasse ad auertendas minas huiusmodi nisi quatenus eas memoria reperebant, quas antea Ieremias demeruerat.

2. Opini

4. Sanctius in hoc caput, numer. 1. aduertit Ieremiam per prophetasse antequam sua vaticinia literis mandaret: cepit enim anno 13. Iosha; hæc verò scribenda curauit anno quarto Ioakim. Quo modo deducit, quo S. Hieronymus & alij totidem annos illo tempore reperiri docent, ut notauit Ierem. 25. v. 3. & monui errorem gratulamentarium Sanctij irrepisse. Docet præterea Sanctius Propheciam irrepisse, eo anno, quo primò Nabuchodonosor in Iudæam venit, quàm in eam esset ingressus: anno autem 1. regni sui, Ioakimi 4. deorum fines irrupisse. Ad hæc Ieremiam cum Daniele (qui cepit in Babylonis anno 3. Ioakim inuasisse Iudæam) duobus modis conuenit dicit Ierem. 25. num. 3. & 4. Primò, si dicamus Nabuchodonosorem sui inchoato Ierusalem venisse, quem Ieremias cap. 25. vocat prople completum: Danielem autem neglecta huius anni secundi adventum anno tertio Ioakimi tribuisse, eo quod pars illa, inquit Nabuchodonosor, pars etiam conseatur anni primi. Secundo modo, tractatur expedito, componi inter se hæc duo testimonia posse alteri annum Nabuchodonosoris incurrisse dicamus, partim in tertio iam adultum, partim in quartum inchoatum, aut modice præter optimè, inquit, & quam verisimè dici potest, venisse Nabuchodonosor in anno regni sui, & venisse anno tertio & quarto Ioakim, quia illorum extremum, alterius initium primus ille annus complexus est. Similitudinem dici abductum anno octauo Nabuchodonosoris. 4. Reg. 24. inchoato, eundem annum vocari septimum, Ierem. 52. ver. 28. non esset completus.

5. Castrius dubium initio huius quaestionis propositum, ita dissoluen-  
 dum ait, ut Nabuchodonosor anno regni sui primo, qui erat, inquit, tertius com-  
 pletus Ioa-  
 kim, & quartus inceptus, Ierosolymam venerit, eam ceperit, & regem  
 Ioa-  
 kim cum regijs adolescentibus duxerit, mox pace cum Chaldaeo inita Ioa-  
 kim domum redierit, Ieremias interim librum priorem dictauerit, mense de-  
 cimo nono anni quinti Ioa-  
 kimo Babylone reuerso volumen lectum fuerit.  
 Plenior autem huius rei declarationem ex suis Commentarijs in cap. 22.  
 Ieremias petendam monet, ubi inter caetera ait, Nabuchodonosorem sumpto  
 imperio decreuisse Syriam confestim recuperare, idque effecisse, ut Daniel. 1.  
 vers. 1. narratur anno tertio regis Ioa-  
 kim penè completo, & tunc Ioa-  
 kimum cum caeteris captiuis transtulisse. Quae cum latius explicasset hisce verbis  
 concludit: Anno ergo tertio regni sui Ioa-  
 kim captus à Nabuchodonosore ductus est Ba-  
 bylonem, ubi mansit, vsque ad finem belli facti iuxta Euphratem, anno quarto ipsius  
 regni. Nam annus primus Nabuchodonosoris partem vtriusque anni, tertij & quar-  
 ti comprehendit. Idem sentire videtur Cornelius Dan. 1. vers. 1. ubi ait annum  
 primum Nabuchodonosoris inchoatum fuisse anno tertio Ioa-  
 kim, & fini-  
 tum anno quarto, ac idcirco ea quae à Nabuchodonosore anno primo ipsius  
 gesta sunt, nunc ad annum tertium Ioa-  
 kim, nunc ad quartum referri. Cae-  
 terum expeditionem, inquit, contra Iudaeos parare anno tertio: eandem perfecit  
 anno quarto. Et paulo post disertè affirmat, Ioa-  
 kim anno tertio regni sui ca-  
 ptum à Chaldaeis.

6. Ego vero arbitror, Nabuchodonosorem Magnum, regnante adhuc  
 Ioa-  
 kim patente Ierosolymam venisse anno 3. Ioa-  
 kimi, Vrbem regemque cepisse,  
 tum accepto de morte parentis nuncio, curam captiuorum amicis demandas-  
 se, cum paucis per desertam Babylonem contendisse, ac tandem regni admini-  
 strationem, quae interim penes Chaldaeorum Magnates fuerat, anno quarto  
 Ioa-  
 kim iam ad finem prono accepisse, ut ex Beroso, Iosepho, Fastis Siculis re-  
 tuli 4. Regum q. 20. num. 3. Vbi annum primum Nabuchodonosoris à quarto  
 Ioa-  
 kim ita deduxi, ut annus tertius Ioa-  
 kim nulla sui parte primum Nabu-  
 chodonosoris attingeret, cum auctoribus ibi numer. 7. relatis. Itaque quod ad  
 praesentem locum attinet, opinor Ioa-  
 kimum à Babylonio prius captum, ab-  
 ductum, imò forte rebus compositis reuersum, quam propheta de volumine  
 scribendo Ieremias offerretur. Quo in articulo sequor Castrium, Cornelium  
 in hoc cap. Petauium libr. 9. cap. 61. idemque sentire videtur Torniellus, ad  
 ann. m. 3429. numer. 6. Salianus ibid. numer. 26. iuncto 31. clarius verò id asserit  
 ann. 1430. num. 4.

7. Anno quarto Ioa-  
 kim vastatam à Nabuchodonosore Ierosolymam,  
 aut captum Ioa-  
 kimum in sacris literis diserte legere non memini. Pharaonem  
 quidem

3. Opinio

Opinio  
 auctoris

Anno 4.  
 Ioa-  
 kim nō  
 est capta  
 Ierusalē.

Iopi

logia  
 amenti

V

quidem percussit Babylonius ad Euphratem in Charcamis, Ieremias autem iam ante ceperat Ioakimum. Hinc Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 7. testatur: Babylonius, ait, superato Euphrate totam Syriam Pelusium usque perdidit, excepta: quia nimirum paulo ante fœdus pepigerat cum Ioakimum regem suum Babylone remisso.

*Ieremias  
& Daniel  
de anno 3.  
& 4. Ioakim  
con-  
ciliantur.*

8. Hac sententia admissa Ieremias & Daniel inter se non dissident, enim tantum narrat Chaldæum anno 3. Ioakimi venisse Ierusalem, que adeo regem Ioakimum in suam potestatem redegit, facta non impellecilem, in Assyrios ex parte transfuisse, quorum nihil negat Ieremias tantum asserit Nabuchodonosorem regnare cœpisse, anno 4. Ioakimum quartum Ioakimi, cum primo Nabuchodonosoris concurrere, cum hic antequam scepro Babylonico potiretur Ierusalem capere, & in ea expeditione, victum Ioakimum Babylone abduxisset. Clarius asserit Daniel Babylonium anno 3. Ioakim, Iudæos aggressum, vixit eodem anno, an quarto eiusdem Ioakimi, cetera ad illud bellum Ieremias Chaldæus expediuerit, neque ait, neque negat.

*A 2. opin.*

9. Quocirca illi duo modi, quos Sanctius ad Hieremiam & Daniel inter se conciliandos proponit, hoc in negotio non vtor, ut dixi Ieremias, num. 2. ijs solum possunt esse vsui, qui Nabuchodonosoris principatum Ioakimi necdum finito auspicantur. Ego autem huius enthronisationis parente, vsque ad annum quartum Ioakimi iam desinentem ducunt. Quod de anno 7. & 8. Nabuchodonosoris ex 4. Reg. & Ieremias patet. Sanctius, id 4. Reg. q. 20. num. 4. expediui. Denique utrum Ioakimus captus in Charcamis Pharaonem Babylone detentus fuerit; non constat, tunc eum citius in Iudæam remissum. In reliquis à Castij & Cornelij non abhorreo: fixo tamen ad finem anni 4. Ioakim, enthronisationis Nabuchodonosoris regni que illius epocha.

*A 3. opin.*

10. Denique S. Vates illo vers. 29. non loquitur de primo Chaldæorum aduentu, sed de vitimo, quando Nabuchodonosor, anno Sedecie regni 7. occupavit terram, & cessare fecit ex illa, hominem & iumentum: quod nec primo aduentu fecerat, nec secundo, quando Ioakimum pendere tributum cepit, que postea, quando Iechoniam abduxit. Ieiunium fuit institutum Ieremias eo quod Chaldæus victis ad Euphratem Aegyptijs, (aut saltem bellum parato) potentior in dies euaderet, & eius insolentia merito timebatur.

IEREM. XXXVI. v. 9.

Factum est autem in anno quinto Ioakim filij Iosia regis Iudæ, in mensis nono, ut Ieremias ieiunium, in conspectu Domini, omni populo in Ierusalem, vniuersa enim confluxerat de ciuitatibus Iudæ in Ierusalem.